





SINGVLARIA QVAEDAM

DE

SYNDICIS 1757

ET

INSTRUMENTO
SYNDICATVS

PRAESIDE

ERNESTO MARTINO
CHLADENIO D

INSTITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
CVRIAE PROVINCIALIS SCABINATVS ET FACVLTATIS
IVRIDICAE ITEMQVE IVDICII PROVINCIALIS IN
MARCHIONATV INFERIORIS LVSATIAE
ASSESSORE

DIE III. NOVEMBR. A. R. S. 1757





























PVELICE DEFENDET
AVCTOR


IOANNES FRIDERICVS HAVSCHILD
DRESDENSIS


VITEMBERGAE
LITERIS SCHLOMACHIANIS






- §. XIX. Roboratur praeiudicio.  §. XXV. Per mandatum Reg. Elect. de anno 1753. in Saxonia Elef. Syndicatus generales prohibiti.
- §. XX. Quid in causa sit, ut Syndicorum constitutio interdum efficiatur difficilis.    §. XXVI. Qua via nunc singulis, si litigant, sit procedendum?   §. XXVII. Ostenditur exemplis.
- §. XXI. Illustratur exemplo.  §. XXVIII. Instrumentum Syndicatus reiectum non semper a viribus omnino destitui.
- §. XXII. Exemplum alterum recensetur.                     
- §. XXIII. XXIV. Huius ulterior continuatio.





SINGVLARIA QVAEDAM
DE
SYNDICIS ET INSTRVMENTO
SYNDICATVS.



§. I.

VM id iam agam serio, ut uiam mihi muniam
ad praxin in foro exercendam, et ipsa res postu-
let, ut publicum qualiumcunque profectuum
meorum specimen edam, suafu consilioque Do-
mini PARENTIS mei elegi argumentum ex
materia forensi, *de Syndicis et Instrvmento Syndicatus*. Ne
uero, repetendo ea, quae in Systematibus et Commentariis
ICorum copiose exponuntur, LECTORI molestiam tae-
diumque parem, ea quidem, quae ubiuis obuia sunt, nisi

A 3

forte

forte propter feriem rerum breuiter tantum attingenda uideantur, praetermittam, et saltem singularia quaedam, ad hoc argumentum spectantia, edisseram, omnem operam in eo collocaturus, ut praestem id, quod instituti ratio a me postulare uidetur. Quapropter cum hoc argumentum, tanquam forense, etiam ex usu fori dilucidandum esse putauerim, acta processualia, quorum magnum numerum Dominus PARENS meus, longa annorum ferie in foro uersatus, collegit, studiose perlustrauit, et quicquid in iis ad scopum propositum facere, existimaui, in meos usus conuertit. Qua ratione si id effecero, ut utilitate sua non plane destitui uideatur libellus, uoti mei compotem me factum esse, uehementer gaudebo. Hac spe ductus, rem ipsam aggredior.

§. II.

QVEMADMODVM singuli homines, qui sua ipsi non curant negotia, ad ea expedienda procuratores adhibere possunt; ita corpora, collegia, aut aliae uniuersitates, si ipsae negotia sua commode expedire nequeant, tanquam personae mysticae, Syndicum sibi eligunt, atque constituunt, per quem, ut Caius ait, quod communiter agi fierique oporteat, agatur, *L. 1. §. 1. D. quod cui. uniuers. nomine.* Syndici igitur nomine in iure uenit actor seu procurator uniuersitatis, aut collegii, *d. L. 1. §. 1. et L. 6. §. 3. D. d. tit.* et qui graece uocatur Syndicus, is Latinis defensor ciuitatis audit, *uid. L. 1. §. 2. L. ult. §. 13. D. de Muneribus et honor.*

§. III.

§. III.

HIC, missis aliis Syndicorum generibus, de quibus, si placet, confer MARSMANNI *Tractatum de Syndicis Cap. I.* tantum loquimur de Syndico communitatis, uulgo *Ge-meinde*, qualis constituitur ad agendum, uel ad defendendum causas nomine uniuersitatis, et quidem uel generaliter ad omnes causas et negotia tractanda, aut in iudicio, siue actoris, siue rei, uices uniuersitas sustineat, aut extra iudicium; uel in specie ad certas causas et negotia, quibus peractis instrumentum Syndicatus etiam uires suas amittit.

§. IV.

PROCVRATORES, ut negotia alius ualide tractent, mandato opus habent, quo sese legitimare possint; eademque ratione etiam Syndici sine legitimatione neque in iudicio admittuntur, neque alia legitime expediunt negotia. Itaque ut rite se constitutos probent per instrumentum Syndicatus, quod nihil aliud est, nisi mandatum uniuersitatis, requiritur.

§. V.

CONSTITVTIO Syndici ut legitime fiat, iura requirunt, ut, omnibus uniuersitatis membris ad hunc actum conuocatis, ex iis saltem duae de tribus partes compareant, *L. 3. 4. D. quod cuiusc. uniuers. nomine, L. 3. D. de Decret. ab ord. fac.* et ex his denique maior pars de electione
Syndici

Syndici consensiat, *L. 46. C. de Decurion. L. 19. D. ad Municipal. et L. 160. §. 1. D. de R. I.* Hinc etiam in ORD. PROC. RECOGN. *Tit. VII. §. 6.* constitutum legitur, ut, in electione Syndici haec requisita rite obseruata fuisse, ex instrumento statim apparere debeat.

§. VI.

AN uero Syndicus rite et legitime constitutus sit, de eo maximas lites oriri et creberrimas, quotidiana docet experientia. Sive enim Actuarius iudicialis, aut Notarius publicus, coram quo Syndici electio facta, uel ignorantia, uel negligentia, hoc uel illud annotare omiserit: siue re uera nihil desiderandum superfit; facile is, qui aduersarii partes defendit, uel ex rationibus leuibus atque contortis, imo nunquam uitia fingendo, instrumentum Syndicatus impugnat. Iuuabit igitur, expositis quibusdam casibus, ubi in constitutione Syndici peccatum esse uidebatur, disquirere, utrum Syndicatus instrumentum ideo uim suam amittat, nec ne. Et hanc quidem disquisitionem illustrabunt praedicta, quae passim subiungam.

§. VII.

PRIMO quidem loco uidebimus, quot et quinam inter uniuersitatis, Syndicum constituentis, membra referendi sint. Etenim, si unius pagi incolae, quod interdum occurrit, diuersos dominos iurisdictionis agnoscant, quorum uterque peculiarem habet Sculctum Scabinosque, ueteri stylo Ding
Stuhl,

Stat, tunc, pro qualitate litis, quae uentilatur, fieri potest, ut non omnes illi incolae, sed tantum hi, qui cum suo domino litigant, separatam uniuersitatem constituent, adeoque, cum lis ad ceteros non pertineat, his exclusis, solum Syndicum eligant. Si uero omnium incolarum res et causa agatur, omnes, licet diuersis dominis subiecti sint, coniunctim constituunt Syndicum. Imo interdum accidit, ut pluriū uicorum incolae, si causa communis agatur, in Syndici electione concurrant. Sic incolae uicorum G. et H. ut rem exemplo illustrante confirmemus, cum, ad futores ibi habitantes eiciendos, opificium futorum oppidi W. ageret, ad ius, futores in uicis suis habendi, sibi peculiariter quaesitum, prouocantes, Syndicum, subiecti licet diuersae iurisdictioni, coniunctim constituerunt, qui, probata praescriptione, uictoriam obtinuit per sententias, tum in Fac. Iurid. Vitemb. anno 1734, tum in summo Prouocationum Senatu anno 1735. latus

§. VIII.

SIMILITER etiam, ubi eidem Domino plures uici subiecti sunt, omnis iis, qui simul litigare nolunt, reliquis aut coniunctim, aut litigantium uniuersitatum unicuique separatim, Syndicorum competit constitutio. Cum itaque in Syndicatu uniuersitatis O. et Conf. Commissarius Causae in dubium uocasset, an maior duarum de tribus pars confenserit, in causa possessoria Domini C. de W. contra communitatem

nitatem O. et Conf. Summum Iud. Appellat. mens. Febr. 1732. ita iudicauit: Daß Beklagte vor allen Dingen ein richtiges Verzeichniß derer zum Ritterguth & gehörigen und mit denen Frohnen dahin gewiesenen Untertanen zu denen Acten zu bringen schuldig, etc. Cui iudicato ut satisfaceret, subditorum aduocatus eadem usus est specificatione, quam aduersarius ipse iam antea, alia tamen in causa, Syndici legitimationem impugnans, ad acta dederat, ut ex ea tum de numero subditorum constaret, tum etiam sufficientem consentientium numerum non adfuisse, intelligeretur. Eadem igitur usus est, simulque demonstrauit, quae communitates, cum aliis iura uniuersitatis alias plane non habentibus, quamuis in specificatione extent, ad litigantes tamen prorsus non pertineant, et, his deductis, consentientium numerum satis compleri, quod etiam approbatum est in eadem causa per sententiam mens. Oct. 1732. pronunciatam: Daß Beklagter nunmehr sich zur Nothdurft legitimiret.

§. IX.

SVMTVS ad litem ut conferant, durante adhuc processu, illi ex uniuersitate, qui Syndici constitutioni non accesserunt, cogi non possunt; unde ab altera parte, utilitatis etiam, quae per Syndicatum comparatur, participes fieri non debent, cum ab eo, qui uult commodo frui, etiam onus sit ferendum. Nihilominus tamen, si processus ab uniuersitatis Syndico ad finem feliciter sit perductus, fieri non

non potest, quin commodum ex causa communi et indiuidua acquisitum, etiam ad ea uniuersitatis membra redundet, quae in Syndici constitutionem non consenserunt. Quae etiam si iure isto acquisito uti nolint, hoc tamen uniuersitas concedere non potest, ne forte in eius praeiudicium hoc modo dominus de nouo actus exerceat possessorios.

§. X.

EXINDE coniicio, illum non per errorem labi, qui existimare uelit, isto casu eos, qui in constitutionem Syndici non consenserunt, actione negotiorum gestorum teneri, et communitatem, quae Syndicos elegit, ab iis repetere posse ratam expensarum. Obstat quidem uidetur *L. fin. C. de Negot. gest.* in qua dominus prohibens a tempore prohibitionis a restitutione expensarum, etiam, quas utiliter negotiorum gestor fecit, absoluitur. Verum haec lex nobis in hoc argumento uere non obstat. Cum enim nemo cum alterius damno fieri locupletior, aut in aliena iactura debeat lucrum facere, *L. 38. D. de Hered. petit.* ipsa aequitas postulat, ut is, cui emolumentum et commodum lite acquisitum in causa indiuidua cedit, quamuis lis cum eius consensu non peracta sit, sumtus ad litem pro rata sua restituat. Aliter tamen rem se habere arbitror, quando uniuersitas uel eius Syndicus causa cecidit, quippe hoc casu nullum uinculum iuris, quo membrum litem non approbans adstringatur, adesse uidetur.

CONGRVENS uidetur sequens afferre exemplum. Va-
 riis litibus inter Syndicos uniuersitatis P. et Conf. ab una,
 atque Dominum Iurisdictionalem d. S. eiusque conductorem
 R. ab altera parte, ad finem perducis, uocatum est in quae-
 sitionem, an dictus R. quia a focero suo molam in uniuersi-
 tate P. acceperat, expensas pro rata conferre teneatur, et
 per sententiam mens. Iun. 1742. coram iudicio R. S. pu-
 blicatam condemnatus est. Quippe Subditorum bona pro
 muneribus in communi necessitate subeundis, fisco taciti
 pignoris nexu sunt obstricta, *L. 1. C. si propter publ. pensit.
 uendit. fuerit celebr.* KLOCK. *de Contribut. Cap. XVIII.
 num. 13.* Praeterea cum ius competat uniuersitatibus, Syn-
 dicos, res communes et arcam communem ad communes
 necessitates exemplo reipublicae habendi, *L. 1. §. 1. D. quod
 cuiusc. uniuers. nomine*, nec non ad istam arcam contribu-
 tiones imponendi, haec autem fundo adhaereant, auf der
 Schwelle hasten, ne exceptio quidem, tempore sui antecesso-
 ris impensas esse factas, quam dictus R. in leueratione in-
 terposita obiecit, illum a restitutione liberauit, declarato-
 riam tamen obtinuit a Facult. Iurid. Lips. ut cuius Syndici
 rationes expensarum ei exhibere debuerunt, regressus au-
 tem contra antecessoris sui heredes ei fuit referuatus.

§. XII.

PRAETEREA uariae adhuc rixae super collatione sum-
 tuum

tuum ad litem nasci solent. Saepe enim accidit, ut illi adeo, qui Syndicatu ab initio accessere, ratam suam contribuere differant, et ceteris interim solis onus imponere uelint. Unde et illi, qui adhuc suam partem contulere, fiunt difficiles, et illam retinere incipiunt, donec a ceteris reliquum contribuatur. Addo etiam, non nullos, ea persuasione deceptos, Syndicatu renunciano, se a contributione expensarum liberari, eam saepe penitus detrectare. Eo Syndici, et nunquam litis prosequendae causa aere alieno contracto, ut aduersus morosos debitores actionem instituant, et iudiciale auxilium petant, coguntur.

§. XIII.

QVA uia etiam processerunt Syndici pagorum praefecturae N. Litigantes illi cum eiusdem praefecturae communitatibus petuerunt, ut morosis debitoribus eius, quod in sumtuum collatione reliquum esset, iniungeretur solutio. Hanc recusarunt, alii, quia non accesserint Syndicatu, alii, quia ei renunciauerint. Nec minus, aliis litem continuationem postulantibus, nonnulli singuli contradixerunt. Attamen pronunciatum est mense Sept. 1730. a Fac. Iur. Lips. Daß vor allen Dingen diejenigen Einwohner aus denen Dorffschaften des Amtes N., so die Prozesse fortzuführen gemeynet, ein auf selbige absonderlich gerichtetes Syndicat gefertigen zu lassen, auch vermittelst gewisser Syndicen sich gebührend zu legitimiren, die übrigen Singuli aber von denen Gemeinden,

meinden, welche sich hiervon losgesaget, Mandatarios zu bestellen schuldig, und mögen hiernächst weder die gesammten Dorfschaften, noch auch die Singuli, so das in Actis befindliche Syndicat nicht zugleich aufrichten helfen, zum Beytrag einiger Unkosten, welche zeithero auf besagte Prozesse verwendet, oder auch künftig auflaufen möchten, nicht angehalten werden, da hingegen diejenigen, so bey Aufrichtung vorhinbesagten Syndicats sich befunden, ihren gebührenden Antheil von denen zeither verwendeten abzuführen pflichtig se. Quae tamen sententia in quibusdam articulis postea coram Summo Appellat. Iudicio mense Mart. 1731. in hunc modum reformata est: Daß - - wohl appelliret, derowegen Appellanten - - mit anderweiter Errichtung eines auf die benannten Prozesse gerichteten Syndicats zu verschonen. - - Im übrigen aber nicht nur diejenigen, welche das Syndicat aufrichten helfen, zu denen auf die seithe- rigen Prozesse verwendeten Kosten beyzutragen, - - sondern es sind sothane Unkosten auch diejenigen, welche nach der Zeit zu sothanen Syndicate getreten, und zwar die Pferdner und Anspanner bey denen lediglich dieselben angehenden allein, und bey denen die Gärtner und Handfröhner betreffenden, daserne sich beyde eines andern nicht verglichen, gleichfalls allein, in Commun-Processen aber, so weit sich eines jeden Dorfs Gemeinde oder Einwohner zu selbigen beandt, beyde zusammen, diejenigen aber, welche zwar vormahlen das Syndicat errichten helfen, nach der Zeit aber sich davon wieder losgesaget, - - zu denen bis zu ihrer Losagung derer Prozesse halber aufgelaufenen, und zu

Ver

Berführung derselben verwandten Unkosten - - zu ihren Antheilen beizutragen pflichtig zc.

§. XIV.

HABD dissimiliter quoque in causa Syndicorum communitatis B. contra L. B. d. T. cum per machinationes eius, cui dominus iurisdictionem demandauerat, nonnulla uniuersitatis membra Syndicatui renunciauerint, et propterea sumtus ad litem contribuere detrectauerint, a Potentissimo rescriptum est mens. Sept. 1731. hoc modo: Nachdem nun diejenigen Unterthanen, so ehemahls das Syndicat mit aufgerichtet, die Proceß Unkosten nach den ihnen zukommenden Antheilen zu tragen allerdings verbunden, als ist hiermit Unser Begehren, ihr wollet die Unkosten von denen angegebenen Restanten, woferne selbige in dem Syndicate benennet, sie mögen nachhero von dem Proceß abgetreten seyn, oder nicht, gebührend einbringen zc. Interim iurisdictionis administrator, contra Syndicum summpere laborans, nouam ut inde suscitaret controuersiam, sub specie, Syndicum huic uel illi promississe, ad totum processum perexiguam tantum pecuniae summam ab iis requisitum iri, quaestionem misit ad Facult. Iurid. Lips. quae ei responsum dedit huius tenoris: Würde Hannß Grahl, (der Syndicus) daß er Peter Wagnern und Consorten, daß jeder von ihnen zu dem ganzen Proceß ein mehrers als 12. Groschen nicht entrichten sollte, keineswegs versprochen, eyblich erhärten, so sind dieselben die verursachten Unkosten zu ihrem Antheil

bis

bis zu der Zeit, da sich jeder derselben losgesaget, zu entrichten schuldig ic. Subditis uero, qui se per litem, ab administratore iurisdictionis in causa iam decisa denuo excitatam, grauatos esse, querebantur, appellationem interponentibus, per rescriptum Regium mens. Aug. 1732, appellatione quidem reiecta, superius tamen rescriptum est corroboratum.

§. XV.

NON infrequens autem est a parte dominorum, contra quos Syndicus constitutus est, eorumque, quibus iurisdictionis administratio est demandata, ut constituentium alios, aut gratiam annunciando peculiarem, aut a contributione sumtuum ad litem liberationem promittendo, persuadeant; alios persecutionibus denunciationum peculiariibus, vulgo *Rügen* dictis, cogant; alios denique tempore conquisitionis militum, metu, ne eorum liberi inscribantur, commoueant, ad recedendum pendente lite a Syndicatu, et causae renunciandum.

§. XVI.

SINGVLORVM tamen renunciatione non obstante, modo ab initio Syndicus rite constitutus fuerit, manet uniuersitas, et eadem, quae antea habuit, Syndicus iura retinet. *In uniuersitatibus enim nihil refert, utrum omnes idem maneant, an pars maneat, uel omnes immutati sint. Sed si uniuersitas ad unum redit; magis admittitur, posse eum*

con-

ET INSTRUMENTO SYNDICATVS. XVII

conuenire et conueniri: cum ius omnium in unum reciderit, et stet nomen uniuersitatis, L. 7. §. 2. D. quod cuiusc. uniuersf. nom. Vnde BERGERVS in *Oecon. iur. Lib. IV. Tit. X. Thef. V. not. 2.* recte concludit, morte ciuium etiam plerorumque, Syndici munus non expirare, cum uniuersitas etiam in uno superfit. Eo minus igitur quorundam singulorum renunciatione officium Syndicatus soluitur. Quicquid autem in contrarium adduxerit CARPZOV. *Part. I. Constit. XIII. Def. X.* id sufficienter refellit atque refutauit LEYSERVS in *Meditat. ad Pand. Spec. LIV. Medit. XIII.*

§. XVII.

QUAMVIS causas, quae tantum ad personales singulorum obligationes spectant, Syndicus defendere nequeat: eas tamen, quae aut realia siue praediis inhaerentia iura attingunt, aut quae totius uniuersitatis interesse concernunt, etiam si proprie ad singulos modo spectare uideantur, utique recte defenduntur a Syndicis. Sic e. gr. non tractabit Syndicus causam membri cuiusdam, personalia concernentem debita, sed aliter res se habet, si unius debitum, aut liberatio ab illo, in praerudicium uniuersitatis abiret. Huius quippe interest, membra sua, quoad fieri potest, conseruare, cautionemque adhibere, ne alii equestribus, alii manualibus operis nouis onerentur. Hinc Syndico, illos singulatim (die Anspanner sowohl als die Handfröhner) ab onerum impositione defendere licet.

C

§. XVIII.

§. XVIII.

IDEM ius competit Syndico, si de causa, quae uniuer-
 sitati communis est, hoc uel illud modo membrum in litem
 cum domino peruenit. Rem exemplo illustrabimus. Secun-
 dum Ord. Elect. Sax. de anno 1651. dominus in liberos
 subditorum gaudet iure protimiseos operarum, (des Kinder-
 Dienst Zwangs) si tamen uel unius duntaxat rustici liberos
 ad conductionem annuam indebitam cogere uelit, contra
 nouum hoc onus defensionem Syndicus recte fuscipit. Quod
 si illi hoc casu iurisdictionis administrator opponat, ut ple-
 rumque fieri solet, exceptionem, quid ad te? nihilominus
 tamen Syndicus ad defendendum admittitur, cum grauamen
 sit commune, et introductionem oneris, contra ius omnibus
 competens ne in uno quidem membro concedendam esse
 constet.

§. XIX.

VT uero hanc rem praeiudicio confirmemus, addamus
 exemplum Syndicorum communitatis O. et Conf. quorum
 legitimacionem per Instrumentum Syndicatus, cum causam
 contra Dn. C. d. W. (die Gerichtshalter; Fuhren betreffend)
 nomine derer Anspanner agerent, Summum Iudicium Appel-
 lationum in sententia M. Sept. 1747. publicata non repro-
 bavit, et ita decidendi sequentes addidit rationes: Dieneiß
 die nach L. gehörigen Gemeinden die Klage erhoben, und iuxta
 fol.

fol. 53. hor. sämtliche Gemeinden, außer der zu G. den Proceß durch ihre richtig constituirten Syndicos bis dato noch continüret, diesen Vniuersitatibus auch sich derer Gerechtsamen ihrer Indiuiduorum und Anspanner, welche die Sache eigentlich angehet, anzunehmen allerdings freysethet, die fol. 346. Vol. I. angezogene Renunciationes a lite hingegen nur von Singulis geschehen, welche weder von ihren Gemeinden dazu autorisiret gewesen, noch denenselben praeiudiciren können &c. In quem modum etiam aliis in causis saepius iudicatum inuenitur.

§. XX.

SVMMPERE interdum laborant iudicii pagani administratores, uel soli, uel cum dominis iurisdictionalibus, ut Syndici constitutionem aut prorsus impediunt, aut iam factam rursus destruant, quod nescio, an hoc animo fiat, ut subditi, Syndico destituti, contra eos agere nequeant. Sic P. N. cum, incolas ad deliberandum conuenire, audiret, id prohibere mox conatus est, ad horum tamen querelas a Potentissimo mense Aprili anni 1727. clementissime rescriptum: Wir begehren auf innen befindlich derer Syndicen der Dorfschaften des Amtes N., E. S. und Consorten, in ihrer Kalckstein-Zuhren-Sache, und sonst beschehenes allerunterthänigstes Suppliciren, du wollest die Gemeinden an Haltung nöthiger Zusammenkünfte und Berathschlagungen in jetzt gedachter, und andern sie betreffenden Rechts-Sachen in keine Wege hindern.

§. XXI.

Nec minus uaria impedimenta constitutioni Syndicorum, quam uniuersitas O. parabat, ab eius aduersariis obiecta sunt, sed conatu frustraneo. Nam in causa huius uniuersitatis contra Dominum eiusque Iustitiarium coram Summo Appellat. Senatu mense April. 1753. pronunciatum est: Daß Beflagter und Mitbeflagter bey Errichtung derer Klägere Syndicate die Mitglieder der Gemeinde von dem Beytritt zu jenem zu verhindern, bey 20. Thaler Strafe sich zu enthalten schuldig.

§. XXII.

Vix credibile dictu est, et extra perustrationem actorum abhorret a fide, quibus machinationibus P. R. progressum litium, quas communitates K. et H. cum domino suo habebant, prolatauerit, et quantas moras earum progressui iniecerit. Statim ab initio incolas citauit, minasque iactans inquisiuit in eos, qui Syndicatu et Syndicis, actionique ab his institutae, adhaerere aut renunciare uelint. Quo facto ita perturbati sunt, ut, Syndicatus K. quamuis substituerit, incolae tamen H. usque ad quatuor personas, qui liti adhaeserunt, recesserint. Ille praeterea singulis, ne ad expensas aliquid conferrent, sub multa 5. thal. interdixit, et cum uniuersitas K. redditus communes, et ad eorum acceptationem et dationem, nec non ad gerenda negotia communia, quosdam, ex usu et obseruantia antiqua, haberet praepositos,

ET INSTRUMENTO SYNDICATVS. XXI

tos, hos remouit, neque alios in eorum locum eligi, concessit. De quo aequè, ac de aliis libris ab illo excitatis, uniuersitate multas habente querelas, a Regimine Regio rescriptum est ad Dn. L. B. de F. possessorem feudi R., mense Iulio 1733. his uerbis: Wir sind erinnert, was wir euch in Sachen der Gemeinde zu R. der ihnen untersagten Hinwegnehmung derer benöthigten Gelder aus den Gemeinde-Anlagen zu Fortsetzung derer mit euch vor Unserm Appellations-Gerichte wegen verschiedener Dienste habenden Processen unterm 26. Mart. c. a. anbefohlen, ihr erschet aber aus der copylischen Anlage mit mehrern, was bey Uns erwehnte Gemeinde anderweit vorgestellet, und daß zu Ausführung obbemeldter Prozesse die benöthigten Gelder aus ihren Gemeinde-Einkünften zu nehmen, nicht inhibiret, auch die vier sogenannten Vorsteher, und sechs Aeltesten nicht cassiret, noch zwey andere constituiret, noch wider sie unnöthige Neben-Processen formiret werden möchten, wehmüthigst geberthen. Worauf hiermit Unser Begehren, ihr wollet euch dieses Suchens halber allenthalben geberthener maßen bezeigen.

§. XXIII.

INTERIM ille P. multis ambagibus, quibus molestus fuit Syndicis, nunquam finem fecit, ita, ut hi, quo minus pecuniam ad litem ab uniuersitate acciperent, impediti, et propterea eam mutuum sumendo, obaerati, eo difficiliter processus finire potuerint. Ille tamen eiusdem P. conatus,

quod quatuor arcae communi praepositi remouerentur, et in rationibus communibus expensae ad lites inter defectus referrentur, pro iniusto iudicatus est per sententiam, a Fac. Iurid. Lips. latam, et coram I. P. I., ad quem interim causa per uiam Commissionis delata fuit, mense Mart. 1734. publicatam, ita se habentem: Daß Kläger besser, als geschehen, sich zu legitimiren schuldig, und nachdem Beklagte, daß sie die vier Vorsteher zu cassiren, und ihnen die Administration und Rechnung über die Gemeinde-Güter zu entziehen nicht gemeinet, sich erkläret, so hat es dabey sein Bewenden, es ist aber dem Beamten ein Exemplar von der Rechnung zuzustellen, ihm auch Erinnerungen dabey zu thun unbenommen, jedoch die Proceß-Kosten, wenn im Nahmen der ganzen Gemeinde Proceß geführt wird, und solche tarmäßig moderiret, oder angesetzet sind, zu defectiren nicht befugt etc.

§. XXIV.

OMNES, quae in hac causa ad Syndicos repellendos, atque litem distrahendam, excogitatae sunt artes, non memorabo, ne propter copiam nimium prolixus sim. Addere tamen licebit quaedam de uariis modis, quibus Syndici, ut defensionem iurium uniuersitatis omitterent, coacti fuerunt. Iam inde a prohibitione per P. facta, ne quis ad continuationem processuum aliquid contribueret, itemque a remotione arcae communi praepositorum, post haec quoque, de aliis rebus, aduersus Syndicos nouis litibus excitatis, pecuniaque,

ET INSTRUMENTO SYNDICATVS. XXIII

niaque, etiamsi uniuersitatis esset, a P. detenta, Syndici sibi consulere, uniuersitatisque auxilio esse, aliter non, nisi pecuniam mutuando, potuerunt. Ita uero debitores facti sunt aliorum, qui deinde, ad debita sua exigenda, coram eodem P. actiones suas instituerunt, quo res tandem eo rediit, ut quaedam Syndicorum bona immobilia sub hasta uenderentur. Ideoque Syndici non potuerunt, quin illis, qui Syndicatum constituerant, actionem intenderent, pecuniamque uniuersitati interim subministratam, redditis antea de illa rationibus, repeterent, quem in finem rescriptum commissoriale ad I. P. I. obtinuerunt. Tunc status causarum, quae pendebant, plane immutatus est. Nimirum illae lites, quae inter istos Syndicos et dominum iurisdictionalem, itemque P. R. coram Summo Appellationum Iudicio agitatae, et usque ad positiones disputatorias, uti uocantur, productae erant, in hoc statu sunt relictae. E contrario ipsi subditi, nescio, quo instinctu, inter se litigare coeperunt, parte quadam contra Syndicos peculiarem conficiente Syndicatum, quae lis, postquam coram Summo Prouocationum Iudicio usque ad ultimas durauit sententias, finita est hunc in modum, ut pars aduersa expensarum debitarum solutionem tandem praestaret. Interim in litibus, quae cum domino erant, unus ex Syndicis ad erroneam uiam declinauit, acerbissime in P. inuehendo; alter autem, recta uia insistens, patienter progrediendum esse putauit, unde et inter hos interuenit discordia. Suis denique artibus
illud

illud saltem P. R. est consecutus, ut, litibus iam per multos annos omissis, iustitiae interclusus sit progressus.

§. XXXV.

HAEC omnia exposuimus, ut inde eo luculentius appareat, quot et quantae difficultates, quae a domino eiusque Iustitiario suscitentur, in constitutione Syndicorum, a subditis litigantibus sint superandae. Commemorare hic attinget, Mandato Regio de anno 1753. caueri, ne porro Syndici generales constituantur, sed ut causae, ad quas constitui sint, in instrumento Syndicatus discrete exprimantur. Vnde nunc plerumque quouis in processu opus est nouo Syndicatus instrumento, quo ipso fit, ut, si causa non omnia uniuersitatis membra (Anspänner, Gärtner und Häußler) in uniuersum concernat, singulorum causae per Syndicos defendi nunc nequeant.

§. XXXVI.

CAUTE itaque singuli ex uniuersitate, qui litem persequi, uerum a iudicio non repellere uolunt, procedere debent. Etiam si enim uniuersitatis Syndici pro singulis membris non admittantur, his singulis tamen lites, uniuersitatis nomine motas, per mandatarium continuare licebit. Cum itaque, in supra allegata causa, nomine communitatis O. contra dominum iurisdictionalem inchoata, mense April. 1753. a Summo Prouocationum Senatu pronunciatum fuerit: Daß vor allen

Dingen

bulli

Dingen Kläger vermittelst eines auf gegenwärtige Sache gerichteten Syndicats bey 5. Thaler Strafe sich zu legitimiren schuldig, actor in leutationis interpositae prosecutione eventualiter declarauit, se litem continuare uelle nomine singulorum, scil. derer Anspanner, uigore mandati ab iis subscripti, actisque adiecti. Quo facto mense Aug. 1754. sententia lata est huius tenoris: Die weil Klägers angegebener Syndicus, Hannß Peter Löfler, wie er vermittelst eines auf gegenwärtige Sache gerichteten Syndicats, sich zu legitimiren nicht vermindgend sey, sondern, daß er, als ein Anspanner zu D. hiernächst auch Mitkläger, daß seine Principalen (die gesammten Anspanner) gegenwärtigen Proceß fortstellen wollten, sich erkläret, so hat es dabey sein Bewenden, und ist demnach besagter Löfler, vermittelst eines Syndicats sich zu legitimiren nicht pflichtig.

§. XXVII.

IN eundem fere modum, ut rem adhuc altero illustremus exemplo, in causa communitatis K. contra Dn. d. Z uectionem laeramini attingente, (die Dünger-Fuhren betreffend) illius Syndici actionem suam institutam in prima instantia ad finem perduxerunt, et tanquam satis legitimati obtinuerunt sententiam definitiuam, sed postea, ad Summum Iudic. Appellat. causa deuoluta, ab hoc, mense Febr. 1756. iudicatum est: Daß Kläger vor allen Dingen Unserm vom 30. Nou. 1753. ergangenem Mandat zu Folge, sich bey 5. Thaler Strafe zu legitimiren schuldig. Quia tamen onus uecturam,

D

rum,

rum, de quo litigarunt, tantum singulos, eos nempe, qui iumenta agunt, uulgo die Anspanner, attigit, hi Syndicum constituere non potuerunt. Priores itaque Syndici, se dictorum singulorum nomine, addito eorum mandato, processum continuare uelle, declararunt, quo facto, obtinuerunt sententiam, mense Febr. 1757. huius tenoris: Dieweil Kläger, daß er sich wegen der Gemeinden zu R. und Conforten zu legitimiren nicht vermöge, und die Sache nur wegen derer Anspanner fortzustellen gemeynet, sich erkläret, so hat es dabey sein Bewenden, und hat derselbe derer letztern halber sich zur Nothdurft legitimiret.


§. XXVIII.

HACTENVS de hac et illa causa disceptauimus, ob quam instrumentum Syndicatus forte reiiciendum esse uideatur: nunc paucis tantum de eo agemus, an illud, si reiectum sit, aliquem tamen habeat effectum. Non quidem necesse est, ut longi simus in exponendo eo, quod, reprobato Syndicatus instrumento, fieri debeat. Facile enim intelligitur, tunc aliam Syndici electionem legitime esse suscipiendam. Interim, si nomine uniuersitatis per Syndicos cum aliquo contrahatur, postea autem, litigio inde exorto, pro rite facto Syndicatus instrumentum non agnoscat, quaeri potest, uniuersitate licet non obligata, annon minimum personae contrahentes in obligatione permaneant, et id, quod ut Syndicatus instrumentum non ualuit, ualeat tamen ut mandatum,

tum, cum omnino Syndicus partibus procuratoris fungatur per *L. 6. D. quod cuiusc. uniuers. nom.* Affirmatiuam, quam defendimus, corroborabit exemplum, quo in causa S. contra communitatem H. et Conf. a Summo Appellat. Iudicio mense Ian. 1757. iudicatum fuit, contrahentes, etiam si Syndicatus instrumentum non subsistat, teneri tamen ex contractu. Rationes ita decidendi, quia ad illustrationem et demonstrationem rei multum facere uidentur, toti huic conatui finem impositurus, addam. Eae uero sic sunt conceptae: Diueil die in dem Syndicat benannten Personen aus der Gemeinde zu S. in dem fol. 13. anberaumt gewesenen Termine zur Güte insgesammt in Person erschienen, die daselbst erwehnten 3. Individua aus ihrem Mittel einstimmig zu ihren Bevollmächtigten erwählet, denenselben über die Hauptsache zu transigiren, lici et causae zu renunciiren, und alle Actus specialis mandati zu verichten, ausdrückliche Vollmacht aufgetragen, zugleich auch den fol. 13. benannten Rechts Consulenten, ihre Rechts Nothdurft zu beobachten committiret, und was derselbe ihrentwegen ad Acta bringen würde, vor genehm zu halten, sich erkläret, und obgleich das Syndicat in Ansehung der Commun, weil nicht zwey Drittheile aus derselben zugegen gewesen, nicht bestehen können, dasselbe demnach wegen derer würcklich erschienenen Personen sich in ein Mandat resoluiret, und dererselben halber beständig, sie das Factum ihrer Bevollmächtigten, welches sie denenselben committiret, agnosciren müssen, mit diesen aber nebst ihrem rechtlichen Beystande, und dem damahligen beklagten

XXVIII DE SYNDICIS ET INSTRVM. SYND.

Schenkwirthe der Vergleich fol. 14. völig zu Stande gekommen, und nach solchen letzterer von dem praetendirten Bier Zwange abgegangen, die damahligen Kläger aber dagegen die übrigen Klagepuncte, nemlich das Brandeweinbrennen zum Verkauf, das Brod zum freyen Verkauf zu backen, und das Banchschlachten zu exerciren, fallen lassen, deren sich begeben, und der erhobenen Klage disfalls ausdrücklich renunciiret, mithin dieselben vor ihre Person und Nachkommen von sothanan diesen vor Gerichte feyerlich abgehandelt und getroffenen Transacte und Pacto reali, welches auch die nachfolgenden Besitzer ihrer Güther und Grundstücken verbindet, nicht wiederum abgehen können.



COROLLARIA.

I. Membrum uniuersitatis cogi potest, ut Syndici munus suscipiat. L. I. §. 2. et L. 14. §. 3. D. de Numeribus, iunct. L. 214. D. de V. S. Vid. LÜDER. MENCKENII *Syn. Pand. Lib. III. Tit. IV. §. 5.*

II. In Syndici electione eius, qui eligitur, uotum connumeratur. Dissentit LAVTERBACHIUS *Colleg. Theor. Pract. Lib. III. Tit. IV. §. 12.* Sed uid. BERGERI *Oecon. Iur. Lib. IV. Tit. X. §. 2. num. 1.*

III. Syndicus, licet procurator uniuersitatis dicatur, differt tamen a procuratore.

IV. Actio de Syndicatu etiam contra feminam institui potest. Vid. A LEYSER *Medit. ad Pand. Spec. DCLXXX. Med. III.*



Widenberg, Diss., 1756-58

ULB Halle

3

003 608 042



456







8.
12
4

SINGVLARIA QVAEDAM
DE
SYNDICIS
ET
INSTRUMENTO
SYNDICATVS

PRAESIDE
ERNESTO MARTINO
CHLADENIO D

INSTITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
CVRIAE PROVINCIALIS SCABINATVS ET FACVLTATIS
IVRIDICAE ITEMQVE IVDICII PROVINCIALIS IN
MARCHIONATV INFERIORIS LVSATIAE
ASSESSORE

DIE III. NOVEMBR. A. R. S. c*1*o 1*o* CCLVII

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

IOANNES FRIDERICVS HAVSCHILD
DRESDENSIS

VITEMBERGAE
LITERIS SCHLOMACHIANIS